denique hoc dedecoris omnino, impenſione maiorum honorum eſt redimendū. Eorum autem qui ad vim inferendam cōtra corpus tyranni inſurgunt,illi ſunt formidandi & cauendi,qui ita diſpoſiti ſunt, vt amplius viuere non curent, cùm occiderint. Quapropter maximè cauēdum eſt ab his, qui vel ſeipſos, vel eos quos habebant chariſſimos, contumelia affectos putant, ſine vlla enim cura propriæ ſalutis irruunt,qui per indignationem & iram aggrediuntur,quemadmodum & Heraclitus inquit,durum eſſe dicens pugnare aduerſus iram. vita enim id emi. Cùm verò ciuitates ex duabus conſtent partibus, ex inopibus ſcilicet & opulentis, maximè quidem de vtriſque partis ſalute cogitandum eſt ab eo qui gubernat, & alteros ab alteris nulla iniuria affici. Quicunque tamen eorum ſint potentiores, hi præcipuè ſunt à gubernatione vendicandi,ac velut proprij efficiendi.nam ſi hoc extiterit,neque ſeruorum liberationem facere compelletur tyrannis, neque arma adimere. altera nanque pars tyranni potentiæ adiuncta, ſufficiens erit ad ſuperandum eos qui contra inſurgere vellent. Superfluum autem particulariter dicere de omnibus iſtis. intentio enim manifeſta eſt,quòd oportet non tyrannicum, ſed tanquam patremfamilias & regem eſſe putari ab illis, qui ſub eo ſunt,nec pro ſe capientem, ſed pro communis vtilitatis cautela & cura, & mediocritatem in vita ſequi,non exceſſus.Præterea egregios viros per familiaritatem ſibi coniungere, plebem verò ac multitudinem per fauorem & gratiam in obſequio retinere.Ex his enim neceſſe eſt non ſolùm dominationem eius eſſe pulchriorem,& optabiliorem,ex eo quia melioribus imperet,& non abiectis,neq.affectis,neque ex eo quòd ipſe neque odio ſit neque formidetur: verumetiā ex eo quòd longiorem & durabiliorem eius dominationem fore contingat. Inſuper moribus talem eſſe, vt vel rectè ſe habeat ad virtutem, vel ſemibonus quidam ſit, & non malus,ſed ſemimalus.

CAPVT XII.

Atqui omnium gubernationū breuiſſimè durare ſolent paucorū potentia, & tyrannis. Quippe illa quæ plurimo durauit tempore Orthagoræ & filiorū, qui apud Sicyonios tyrannidē habuere, ad centeſimūuſque annum peruenit.Durationis verò cauſa fuit,quòd mediocritate quadā erga ſubditos vtebantur, multáq. legibus ſeruientes agebant.Et quia aptus rei militari fuit Cliſthenes,nō facilè cōtemnēdus habebatur.

A ὅλως δὲ τὰς δοκούσας ἀτιμίας ἐξωνεῖσθαι μείζοσι τιμαῖς. τῶν δ' ἐπιχειρούντων ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος διαφθορὰν, οὗτοι φοβερώτατοι, καὶ δέονται πλείστης φυλακῆς, ὅσοι μὴ προαιροῦνται περιποιεῖσθαι τὸ ζῆν διαφθείραντες. διὸ μάλιστα εὐλαβεῖσθαι δεῖ τοὺς ὑβρίζεσθαι νομίζοντας, ἢ αὐτοὺς, ἢ ὧν κηδόμενοι τυγχάνουσιν· ἀφειδῶς γὰρ ἑαυτῶν ἔχουσιν οἱ διὰ θυμὸν ἐπιχειροῦντες· καθάπερ καὶ B Ἡράκλειτος εἶπε, χαλεπὸν φάσκων εἶναι θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖσθαι. ἐπεὶ δ' αἱ πόλεις ἐκ δύο συνεστήκασι μορίων, ἔκ τε τῶν ἀπόρων ἀνθρώπων, καὶ τῶν εὐπόρων, μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους ὑπολαμβάνειν δεῖ σώζεσθαι διὰ τὴν ἀρχήν. καὶ τοὺς ἑτέρους ὑπὸ τῶν ἑτέρων ἀδικεῖσθαι μηδέν· ὁπότεροι δ' ἂν ὦσι κρείττους, τούτους ἰδίους μάλιστα ποιεῖσθαι τῆς C ἀρχῆς· ὡς, ἂν ὑπάρξῃ τοῦτο τοῖς πράγμασιν, οὔτε δούλων ἐλευθέρωσιν ἀνάγκη ποιεῖσθαι τὸν τύραννον, οὔτε ὅπλων παραίρεσιν· ἱκανὸν γὰρ θάτερον μέρος πρὸς τῇ δυνάμει προστιθέμενον, ὥστε κρείττους εἶναι τῶν ἐπιτιθεμένων. περίεργον δὲ τὸ λέγειν καθ' ἕκαστον τῶν τοιούτων. ὁ γὰρ σκοπὸς φανερὸς, ὅτι δεῖ μὴ τυραννικὸν, ἀλλ' οἰκονόμον καὶ βασιλικὸν εἶναι φαίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις· καὶ μὴ σφετεριστὴν, D ἀλλ' ἐπίτροπον· καὶ τὰς μετριότητας τοῦ βίου διώκειν, μὴ τὰς ὑπερβολάς. ἔτι δὲ τοῖς μὲν γνωρίμοις καθομιλεῖν, τοὺς δὲ πολλοὺς δημαγωγεῖν. ἐκ γὰρ τούτων ἀναγκαῖον, οὐ μόνον τὴν ἀρχὴν εἶναι καὶ καλλίω καὶ ζηλωτοτέραν, τῷ βελτιόνων ἄρχειν, καὶ μὴ τεταπεινωμένων· μηδὲ μισούμενον καὶ φοβούμενον διατελεῖν· E ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν εἶναι πολυχρονιωτέραν. ἔτι δ' αὐτὸν διακεῖσθαι κατὰ τὸ ἦθος, ἤτοι καλῶς πρὸς ἀρετὴν, ἢ ἡμίχρηστον ὄντα· καὶ μὴ πονηρὸν, ἀλλ' ἡμιπόνηρον.

Κεφάλαιον ιβ.

ΚΑΊ τοι πασῶν ὀλιγοχρονιώτεραι τῶν πολιτειῶν εἰσιν, ὀλιγαρχία καὶ τυραννίς. πλεῖστον γὰρ ἐγένετο χρόνον ἡ περὶ Σικυῶνα F τυραννὶς, ἡ τῶν Ὀρθαγόρου παίδων, καὶ αὐτοῦ Ὀρθαγόρου· ἔτη δ' αὕτη διέμεινεν ἑκατόν. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τοῖς ἀρχομένοις ἐχρῶντο μετρίως, καὶ πολλὰ τοῖς νόμοις ἐδούλευον. καὶ διὰ τὸ πολεμικὸς γενέσθαι Κλεισθένης, οὐκ ἦν εὐκαταφρόνητος.